



ÉPREUVE ÉCRITE	Branche : Latin
Section(s) : A, B, C, D, E, F, G	N° d'ordre du candidat :
Date de l'épreuve : 03 juin 2016	Durée de l'épreuve : 2 heures

**1) Texte connu (30pts): Il faut fuir la foule et ses plaisirs** (SEN., *Lettres à Lucilius*, I, VII, 2-4. 114 m.)

Nihil vero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desiderere; tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt. Quid me existimas dicere? Avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui.

Casu in meridianum spectaculum incidi lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant: contra est. Quicquid ante pugnatum est misericordia fuit; nunc omissis nugis mera homicidia sunt. Nihil habent quo tegantur; ad ictum totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinariis paribus et postulatiis praeferunt. Quidni praeferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur.

**2) Texte inconnu (30pts): La mort est une nécessité de la nature** (CIC., *De senectute*, XIX, 66-67. 111 m.)

O miserum senem,<sup>1</sup> qui mortem contemnendam esse in tam longa aetate non viderit! Quae aut plane<sup>2</sup> negligenda<sup>o</sup> est, si omnino exstinguit<sup>3</sup> animum, aut etiam optanda, si aliquo<sup>4</sup> eum deducit ubi sit futurus aeternus<sup>o</sup>; atqui tertium certe nihil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non miser post mortem aut beatus etiam futurus sum? Quamquam<sup>5</sup> quis est tam stultus, quamvis sit adulescens, cui sit exploratum<sup>6</sup> se ad vesperum<sup>7</sup> esse victurum? Quin etiam<sup>8</sup> aetas illa multo plures quam nostra mortis casus<sup>9</sup> habet: facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant<sup>10</sup>, tristius<sup>11</sup> curantur; itaque pauci veniunt ad senectutem. Quod ni<sup>12</sup> ita accideret, melius et prudentius viveretur: mens enim et ratio et consilium in senibus est (...).

<sup>1</sup> *accusatif exclamatif*

<sup>2</sup> *plane: entièrement*

<sup>3</sup> *exstinguo, is, ere, -stinxi, -stinctum: éteindre*

<sup>4</sup> *aliquo: quelque part*

<sup>5</sup> *quamquam, adv: d'ailleurs*

<sup>6</sup> *exploratus, a, um: certain, sûr*

<sup>7</sup> *vesper, eri, m.: soir*

<sup>8</sup> *quin etiam: bien plus*

<sup>9</sup> *casus: ici: occasion, chance*

<sup>10</sup> *aegroto, as, are: être malade*

<sup>11</sup> *tristius = difficilior*

<sup>12</sup> *ni = nisi*